

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

In qua mirandum, ut qui id recusaret, à vidua conspueretur, & calceus ipsi  
extraheretur vers 7. 8. 9. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

314 De CALCEIS HEBRAOR.

*tris sui defuncti, ne deleatur nomin  
eius ex Israele.* Quod præcipit lex

de officio leviri jam antea vide  
tur obtinuisse, cum exemplum ve-

Gen. 38.  
8. 9.

tustius in historia Judæ occurrat,

qui, Ere primogenito suo sine li  
beris defuncto, alteri filio Onan  
dixit, ut ingrederetur ad uxorem  
fratris sui, & illi semen excitaret,  
Consuetudinem legi respondisse il  
lustre documentum habemus in

nota illa historia, quam Christo

Matth. 22.

objectam à Sadducæis legimus, de  
septem fratribus, qui unam ean  
demque duxerint uxorem. De hac  
lege & leviratus jure integer exstat  
Tractatus Talmudicus Jevamoth,

& præter Maimonidem & Rabbi  
nos alios, multa monuerunt viri

Buxt. Syn. magni Buxtorfius & Seldenus.

Iud. c. 41. II. Sed in hac lege illud om  
& de nino mirandum est, non potuisse  
sponsal. Seid. uxor à leviro hoc officium prætermitti  
Hebr. l. 1. sine quadam infamia, qua notaba  
c. 12. &c. tur ad uxore defuncti fratris, qua  
calceum ipsius exuebat, & con  
spuebat faciem. Nam cum fieri  
posset, ut leviro non placeret fra  
tris defuncti conjux, & matrimo  
nium illius recusaret, liberum qui  
dem

dem ipsi ex lege erat eam vel du-  
cere, vel renuntiare, sed tunc ne-  
cessē erat ut hac infamia notare-  
tur. Sic enim porro lex præcipit:

*Si vero vir ille noluerit ducere uxorem Deut. 25.  
fratris sui, ascendet uxor fratris ejus 7.8.9.10.  
ad portam, dicetque senioribus, recu-  
sat levir mens suscitare fratri suo no-  
men in Israele, non vult mihi præ-  
stare officium leviri. Et advocabunt  
eum seniores urbis suæ, & loquen-  
tur cum eo: si perseveraverit, & di-  
xerit, non placet mihi eam ducere:  
Accedet uxor fratris ejus ad eum in  
conspictu seniorum, & detrahet Cal-  
ceamentum de pede ejus, spuensque in  
faciem ejus obtestabitur & dicet: Sic  
fiet viro, qui non ædificabit domum  
fratris sui. Et vocabitur nomen ejus  
in Israele: Domus ejus, cui exuus  
est calceus. Scilicet lex vult, ut  
ille, qui negat fratris demortui  
uxorem ducere, ac semen defuncto  
exitare, dehonestaretur sputo in  
faciem ejus, vel, ut Rabbini  
בפניהם accipiunt, coram eo, & cal-  
ceus ipsi extraheretur à vidua de-  
functi.*

III. De hoc ritu plura dispu-  
tant Talmudici, & prolixè docent  
O 2 Judæ-

316 De CALCEIS HEBRÆOR.

Judæorum ritualia qua ratione debuerit peragi, distinctiones item habent subtiles de calceo qui adhibendus est. Sed ea hic non tangimus, tum quia occupata sunt

Fagius ad viris doctissimus Paulo Fagio, Jo-  
Deut. 25. hanne Buxtorfio, & in primis Jo-  
Buxt. Syn. hanne Seldeno, tum quia sunt Rab-  
Iud. c. 41. binica, hoc est, frivola & super-  
Seld. ux. Hebr. l. 1. stitiosa. Rationem ingeniosam cur  
cap. 24. calceus potissimum ad hanc ceremoniam fuerit adhibitus, dedit

Bald. de vir elegantissimus Benedictus Bal-  
Calc. Ant. duinus. Quid aptius, inquit, sig-  
cap. 24. nificantē matrimonio quam calceus?  
calceum plerumque pedigravem & mo-  
lestum esse nemo ignorat. Idem etiam

sæpius in matrimonio contingere testari  
possunt, qui suo malo sunt experti.  
Scitum occurrit hac in re Senatoris  
Romani dictum, qui rogantibus ami-  
cis, cur uxorem præstanti forma in-  
signem, & in qua nihil apparebat  
conjugio indignum, repudiaret, pede  
protoenso calceum ostendens: Hic, in-  
quit, pulcher est & elegans, nesci-  
tis tamen qua parte pedem meum  
premat. Unde qui calceum sibi de-  
trahi volens patiebatur, is non inepte-  
sic uxoris ducendæ curam abjecere se  
demon-